








Solemnibus Nuptiarum
*VIRI IUVENIS*
*Spectatißimi, Prudentißimi, Doctissimi*

# DN. SAMUELIS Schützen/ Reipub. Damensis Secretarij dignissimi

SPONSI

*Iuxta ac*

*Castißimæ Honestißimæq; matronæ*

## CATHARINÆ Wendtlands/

*Viri Integerrimi*

DN. GEORGII PYRLERI, p.m. relictæ viduæ SPONSÆ

*Amici gratulabantur.*



STETINI,
Typis DAVIDIS RHETII, M.DC.XXVIII.

MAgnum eſt, & leges & civica munia noſſe,
Vexati & cauſam ſtudioq́; fideq́; clientis
Tractare ingenua, nec jus venale putare.
*Magnum* eſt organico modulari ac ludere flexu,
Pectus & harmonico mollire ac flectere tactu,
*Magnum* eſt felici ſibi Nympham jungere ſcæva,
Quam decorat pietas, quã mentis candor honeſtat
Proleq́; victurum nomen tranſmittere, ut omni
Eveniant thalamo quam feliciſsima parte.
His te cum junctim, mi SPONSE jehova bearît
*Ma*cte eſto, grata munusq́; hoc noſcito mente
Et laudato DEUM ſine cujus cœlite flatu
Nil horum evênit, qui ſic ornare fideleis
Aſſolet & digno pietatem hoſtire brabejo. (plos
Hinc acclamo tibi, bone SPONSE, ac ominor am-
Et chorus, atq́; forum, torus & feret undiq́; fractꝰ
Tu modò, quam nactus ſpartã es pro viribus orna,
Cetera larga dabit tibi dextra potentis Iova,
Ultra nil addo, voti me MAXIME, damna.

*Adfectus ſincerioris ac congratulationis fidem ſignabam*
*ſuo olim Collegæ ſuaviſſimo.*
*DAVID* Blanckenſeldt *Pom. Sch. D. R.*

*Tempus, quando vago valedicendi instat amori,*
*(Est tandē constans conciliandus amor)*
*Vitæ quod reliquum est, tunc in discrimine summo*
*Versatur, cum quâ vinctus amore fies.*
*Idcirco res hæc perplexa videtur & affert*
*Ambire uxorem sæpè perîcla viro.*
*Hujus sæpe memor dubius tu sponse fuisti,*
*Quæ sit vel qualis fœmina amanda tibi.*
*Nunc tandem viduam, cujus bona fama per urbem*
*Crebuit, haud dubitas ducere præ reliquis*
*Concors quæ vixit sub mutuo amore mariti*
*Pyrleri, citò quem mors inopina tulit.*
*Hæc tibi, SPONSE datur virtute fideq; probata,*
*Rectè quæ domui sedulitate præest.*
*Participem casus tibi se sociabit in omnes,*
*Casibus in duris dulce levamen erit.*
*O nimium fœlix! cui contigit uxor honesta,*
*Et pudor & pietas cujus in ore nitent.*
*Qua potiora dari sponso non dona valebunt:*
*Aurum, sardonichas vincit honore sui.*
*Talem tu nactus, SAMUEL, complectere sponsam:*
*Sic vult atq; jubet connubialis amor.*

Nec

*Nec frustra facies: pensabit fœnore grato:*
*Nil ferè fit gratis: basia mille dabit.*
*Te* DEUS *alme rogo, casti qui fautor & autor*
*Conjugij, socium fœdus ut hocce bees:*
*Ne sponsis absit violentia sortis iniquæ,*
*Absit & â thalamo quæq; querela procul*
*Longæva unamines vivatis tempora vitæ*
*Vestraq; sit charâ prole referta domus.*

*Tam honoris quam amoris ergò f.*

*Thomas VVulffius Stud. Gryphenhagen. Pomer.*

---

MAxima pars, summa est cui nubere cura, virorum
Exoptant teneras sibi consociare puellas:
Verùm cum viduâ raro quis fœdera casti
Pangere vult lecti, & tædas animare relapsas
Hoc nostro haud visum est, doctâ ratione probari,
Sponso, præ viduâ juveni cur virgo petenda,
Namq; virum atq; domum viduam curare peritam
Per dudum esse, probè didicit, viduamq; proinde

Debita jura Tori meliùs callere, tenella
Quam virgo putat, hæc quæ forsan cuncta docenda est.
Ergo quod patriat facinus, culpare quis ausit?
Maximus ille DEVS primus Sancitor & Autor
Conjugij, illius sint faxit, prospera cœpta,
Atq; sui thalami lætetur germine multô,
Compare cumq; tori superet vel Nestoris annos,
Hoc precor, hoc opto, toto de pectore. Fiat.

*Honoris & Amoris ergô f.*
IOHANNES SIGMAN, *Scholæ Damens.*
*p. t. Cantor.*


---

*Jocosa allusio ad Sponsi & Sponsæ nomina*

ES sind nunmehr vor langer Zeit/
Auß diesem Lande weit vnd breit
Getrieben vnnd verjaget worden
Die WENDEN gantz mit jhren Orden
Von Teutschen weil jhnn jhr Sprach vnd Sitt
Im geringsten thät gefallen nicht/
Wie solches das Chronicon gar fein/
Vns thut bezeugen in gemein
Aber hört New/ vnd war geschicht/
Welchs sich begeben/ wie ich bericht.
Dieweil nu fast vmb diese zeit/
Die Leut zu Jagen sind bereit.
Hat sich verfüget baldt zur Handt/
Ein kühner SCHOTZ ins WENDISCHELANDT
Zu suchen nach begier seines Hertzn/
Ein Rehlein mit welchen Er möcht schertzn

Welchs

Welchs Er im selben Land alßbaldt/
Ansichtig wirdt von solcher Gestalt/
Mit Zucht vnnd Ehrbarkeit geziert/
Vnnd allenthalben wol Formiert/
An freundligkeit vnd guter Sitt/
War den andern zuvergleichen nicht.
Da dann alsbaldt der Mutig SCHVTZ/
Wegn dessen Tugendt bgierig erhitzt
Spant seinen Bogen mit allermacht
So starck das auch die Sehne kracht/
Zu schiessn dasselb mit scharffen Pfeil/
Eh sichs versicht/ in geschwinder eyl.
Das Rehlein abr im WENDISCHENLAND/
Sich mit dem SCHVTZN bald macht bekandt/
Thut sich freundlich zu Ihm gesellen/
Sein starcken Bogn vnd Pfeil zufällen/
Spricht liebster SCHVTZ euch ich hochbitt/
Ihr wolt Perdon mir theilen mit/
Ich lob mit euch friedlich zu Lebn/
So lang vns GOTT wird fristn das Lebn.
Auß welcher Red/ stracks wird bewogn
Der SCHVTZ/ vnd beydes Pfeil vnd Bogn
Lest sincken im selben WENDISCHENLANDT/
Er fasset es bald mit der Handt.
Vnd weicht mit jhm im schatten kühl/
Sich ergetzn in kurtzweil viel/
Vnd thun gleich gute Kundtschafft machn/
Welcher Fraw Venus selbst muste lachn.
Was sich abr ferner zugetragen hat/
Wird zeigen der Außgang der That.
GOTT wol dem Edlen SCHVTZEN gebn/
Gesunden Leib vnnd langes Lebn.



Das WENDISCHELANDT auch Benedeyen/
Viel SCHUTZEN vnd Rehelein zu zeugn.

Jeſu Succurre Auxiliô Tuis.

---

AUtor conjugij cum ſis pie Chriſte ſacrati,
Qui minus ipſe velis & *fautor* adeſſe maritis
Pyrleri quondam quæ vixit tecta ſub *umbra*
SPONSE tua felix ſub *lauru* tranſigat annos,
Hoc voveo, ô poſſem multò majora, voverem.

*In gratiam ſui olim Præceptoris apponebat.*

Balth. Dominicus. Dam. Pom.

FINIS.





